

DIDASCALIA VII.

Redemptoris resurrectio nostra festiuitas est.

Greg. Magn.

Gaudibundus profert Gregorius Magnus Homil. 21. in Eoang. & iure: igitur gloria suscitati est tumulo Redemptoris, pulvis habet pignus immortalitatis

Caro nostra surgit ergo Christo.

Nec nostro tantum voluisti de corpore nasci, Sed caro que nasci pertulit, atque morti. Funeris exequias patris novus auctor orbis,

Lact. Fir.

Intra mortis iter dando salutis opem, Tristia cessant inferne vincula legis, Expavit que chaos luminis ore premi.

Maxim.

Canit Lactanc. Firmianus Carm. de Resurrect. Christi. v. 56. Graphicè describit triumphum, & ex triumpho nostrum emolumentum Maximus Homil. 2. de Paschat. Aperitur tartarus, renovatur tellus, referatur paradisi. Apertus (inquit) tartarus reddit mortuos, innovata terra germinat resurgentes, celum reseratum suscipit ascendentem. Tartarus quos habet reddat ad superos, terra quos sepellit mittit ad caelum, celum quos suscipit representat ad Dominum: & una eademque operatio Salvatoris passio elevat de imis, suscitatio de terrenis, collocat in excelsis. Omnia immutantur, & ad perfectiora perveniunt: nostra ergo patet festiuitas, dum videtur in Christo carnis integritas: etenim cum eius resurrectio propter nostram sit resurrectionem, eius festiuitas transit in nostram festiuitatem: quandoquidem elevamur ab imis, suscitamur de terrenis, collocamur in excelsis. Pascha est (ut succinit Paulinus de Advent. Nicetae v. 54.)

Quanta in eius resurrectione miracula.

Contestans Domini mortem cruce, de cruce vitam.

Paulin.

Contestans Domini mortem cruce, de cruce vitam: Cantorum tamen hac magna pietatis in omnes Grande sacramentum. 2. Iam ergo natura humana habet quem expectabat Salvatorem, qui reformaret corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Corpus claritatis est gloria & claritas corporis: & nostrum configuratum est corpori gloriae; quippe ex corruptibili factum incorruptibile, ex passibili impassibile, & ex terrestri caeleste. Videamus ergo in corpore mirabilia, ut eius constet festiuitas nostra.

Phili. 31.

Et ut caro pora conlectia.

Et ut caro pora conlectia.

Propter facinus inauditum immolationis filij, promittitur Abrahæ feminis propagatio numerositate insigni. Multiplicabo seminum tuum sicut stellas caeli, & velut arenam, que est in littore maris. De quantitate ad qualitatem fit non immerito transitus. Quo ergo pacto, dum festiuitas arene exigue, erunt filij Abrahæ sicut stellæ caeli? Quia fulgor qui in stellis caeli, apparebit in pulvere: igitur Christus vivificavit corpora mortalia, & rutilabant caelestia. Ex arena vitrum fit, uti astruunt Plinius lib. 5. cap. 19. lib. 36. cap. 26. Iosephus de Bell. Judaic. lib. 2. cap. 17. Polidor. Virgil. de Inventor. rerum lib. 2. cap. 22. Hentici. Salmuth. in 1. part. Pancitrolli tit. 36. Eberartus Ureihæ de Specular. origin. à num. 17. aliique plures. Corpora humana opaca sunt: cum gloriola resurgunt, quæ opaca, erunt lucidissima: & conferuntur arenæ maris, ex quibus vitrum splendens; quoniam corpora quæ iacebant in pulvere, gloriae corporis Christi rutilabant uti stellæ.

Gen. 22. 17.

Corpora nostra rutilabant uti stellæ.

Splendens da uti crystallus.

Ambros. Isai. 61. 2.

Et ut caro pora conlectia.

erunt luce, quæ iacebant in cinere, pro natura, atque originis resoluta conditione. Non mirum, lucida esse coram Sole splendida, sed quæ opaca lucida: Unde corpora erunt alterius gloriae, & eiusdem naturæ; quoniam eadem per naturam, erunt altera per gloriam. Eiusdem naturæ conditione carnis: alterius omnino sine corruptione conditionis. Terra facta est caelum, cum Dominus deseruit telluris sepulchrum: viso novo miraculo, dum apparuit gloriosus è tumulo: quandoquidem miseri homines visum sunt, esto de terra, caelestes.

Licit è pulvere facta.

Genes. 47. 31.

Apud Priscos insigne, ali quod in septris.

Herod.

H. br. 1. 22.

Plerique assumit regimen, non ut regant, sed ut dormiant.

Ad lectuli caput. Ad fastigium virgæ. Ubi occurrit in compunctionem exemplum, ambitio struit regiminis precipitium. Fastigium virgæ exprimit dignitatem: lectulus funestam mortem: pluitque consulerent bono publico, quam proprio: si in fastigio dignitatis cogitarent de sepulchro. Non est respectus morti eorum: ex hoc in regimine sine obice frequens malum: etenim in cunctis insidiantur rationi, quasi nunquam redditori. Adoravit fastigium virgæ. Virga iustitiæ symbolum est, verum eorum depravatam cor: si quidem in destructionem legum, & subditorum, non adorant iustitiam, sed fastidium.

Prudentissimum esse regimem, si rectores respicerent mortem.

Num. 24. 17.

Indigni iudicra cogitatione.

Digni est Dio.

Studiose ambicio.

Corpora fragilia Christi corporis gloria, in immortalitate donanda.

Consurgat virga de Israël & percutiet duces. Fatale videtur prognosticon: igitur haud oritur virga, ut regat, sed ut percutiat. Ubi Virga, aliqui legunt: Homo. Arcana versio: quippe mirabile, quod homo videatur in regimine, & dignitatis splendat magnitudo, si in illa fulserit homo. Homo. Virga. Ecce indignorum imprudentia & audacia. Dignitate decorantur, & sui, decoris splendore, infortunati, obliviscuntur: quandoquidem quisque modò habeat semel virgam in dignitatis fastigio, iam est homo. Hii pan. En tenendo una vara, les parece que son bombres. Contra huiusmodi inanitates celebri, philantia perenniter terebrati, prae mittitur: Orietur stella: consurgat virga: etenim si homines desinantur ad regimen, splendore dignitatis non fulgent. Dum per illos fulgent dignitates, tunc fulgent homines; quippequam tunc adorantur homines, & nequaquam dignitates. Qui per dignitates sunt, non sunt: ideo fatigantur, ut sint. In adoratione Iacob relucet ambitiosi cogitatio. Virga erat, sed versus orientem adorabat. Dignitatem adorabat, dum venerabatur virgam, & non personam: igitur cum omnia ambitiosius dirigat in proprium commodum, & minime in publicum; adorant orientem versus; quoniam ex Sole oriente diuturniores sunt influxus: & vel praclarè merito negabit fidem, esto agnoscat per illum è pulvere factum hominem.

Digressio nis fatis. Iacob mortibus adoravit ad lectuli caput, & Dominum in virga illa figuratum coluit. Id est, Corpus Redemptoris resurgentis: subdit Pineda in Iob. 19. 25. num. 23. De sepultura corporis fatigat, & corpus Christi resurgentis respicit: Merito, ut proprium corpus careret sepulchro: igitur si in eius resurrectione hominis resurrectio: gloriae Christi praefigurat iure intencus, ut carnis morientis reformaret corpus: igitur per illum immor-

kalitate donandum; quod pro conditione carnis ingrediebatur sepulchrum. Aliter promam. *Adoravit moriturus Dominum ad lectuli caput. Idem, Adoravit florem virgæ.* Florem immortalitatis, dum in lectulo deficiebat vita corporis: siquidem concepit, ubi Christi figurata resurrectio, quod eius eriam resoreret caro. In summitate virgæ erat liliam speciosum; & respexit, ut floreret sicut liliam: igitur sine corporis Domini gloria, corpora manerent terra: verum cum, illo surgente, videnda esset terra nova; virgam florentem adorat humiliter corde, ne corpus iaceat in pulvere: sed adinstar capitis, destructis viribus mortis, quod iacebat corruptibile, in triumphu signum transfugeret in caeleste.

Exstat terra non va

Coloss. 3:3

Vita non in Christi vita

9 Inuit Paulus. *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.* Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Hoc est mysterium. Vita promittitur, & non solum vita nova, sed singulariter praesentia: igitur singularitas est vitæ, cum essent mortui. Qui non mortui carent vitæ, qui mortui, vitæ privati. Spiritus hominis vadit, & non redit: & cum essent mortui, vitæ concessus est usus, ut pateret quod ad vitam, Domini vitæ, concederetur regressus. Observa proprietatem. *Vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.* Si vita hominum in Christo, non erit hominis vita: Quomodo vita vestra? Quia in Christo abscondita. Non erat hominibus vita, postquam mortalis surrepta à fatali Parca; quippe ne homines surgerent, collocabat in sepulchris, erectis è mortalibus, trophæis: resurgente Domino, destructa sunt mortis claustra, & referata sepulchra; igitur dum mortalis amittitur, in immortalitatem reservatur: quippe etiam dum perit, haudquaquam amittitur, sed absconditur.

Rationem profert. *Vita vestra abscondita cum Christo, qui vita vestra.* In vita Christi, abscondita vita nostra: & consequens erat, ut apparet nostra, cum apparuit Christi vita. Si in Christi vita non esset vita nostra, effemus morientes in morte, licet vitæ floreret caro Christi: & vitam nostram Paulus vocat Christi vitam; quoniam dum è tumulo resurrexit Christi caro, genus humanum resurrexit cum Christo.

Et vita gloriosa

Sabdit Doctor Genitum. *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis in gloria.* Vita gloriosa est verè vita: & ut explicetur vita, vitæ proponitur gloria; ut clareat quid per gloriam Christi

habuerit massa corrupta totius generis humani: quandoquidem corpus carneum, gloria donatum, affectione dotum, ex corruptibili fit incorruptibile, ex mortali immortale, ex terreno caeleste. Omnia ab hominibus nata per resurrectionem Christi igitur quæ intra sepulchra iam sunt corpora caelestia.

10 Triumphum scrutemur. Quisquis viderit sepulchrum, celebrabit Solis occasum, non triumphum. Sed falsò. Iacet Phoenix, si qui Phoenix iacet. *Illum dico alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstrosum, qui se ipsum habenter funeras renovat, natali sine decedens, at succedens iterum phoenix.* Ubi iam nemo, iterum ipse. Qui non iam, alius idem. Quid expressius, atque signatius in hanc causam, aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam in Scripturis suis.

Phoenix symbo- lum resurgentis Christi

Et florebit enim inquit, velut phoenix: haest de morte, de funere, uti credas, de ignibus quoque substantiam corporis exigit posse. Multis passeribus antiphare nos Dominus pronuntiavit. Si non & phoenixibus nobis magnum. Hæc Tertullianus, quæ obiter tango, quippe alibi ex professo. Haud vel in languore languit corporis gloria, igitur in portentum egressa fuit de morte, de funere vita. Qui non iam, alius idem. *Ipsa Iesus occurrens discipulis, ibat cum eis: ut appareret qui non iam, alius idem, & ubi nemo, iterum ipse. Ipse in eadem carne, alius in dotibus gloriæ. Alius idem. Mirifica vox!* Igitur qui iacebat cadaver, resurgit phoenix, idem & alter. In anima quasi in custodia gloria erat clausa; & rupta à morte catenâ erupit gloria. Vita mortalis nubes erat lucis, & non Solis. Nexus erat in corporis templo, quasi velum expansum in Sanctuario. Mors velum excidit, nexum dirupit, noctem fugavit, nubem abegit; & corpore iam glorioso lumen refulsit in habitaculo, victa victrice morte, singulari stratagemate, ut vidimus (supr. Didasc. 4. num. 10).

Tertullianus

Luce. 24: 15

Post resurrexerunt alius idem

11 *Absorpta est mors in victoria:* dicit Paulus. Contendit mors, & vicit, verum in victoria victa est mors. Ditioni addere voluit liberum vel inter mortuos, ut gloriosior esset de exemptione triumphus. Reliquit corpus in monumento, ut mutaretur sicut cætera cadavera, apparente carne terrâ, quasi non esset exitus corpori, peracto funere. Mutat homines in cadavera, post in terram, de qua caro in corpus sumpta, ut qui homines iam non ipsi; prævalente in corpus morte. Hæc mortis victoria de Christo Domino in sepulchro collocato. Noa

1. Cor. 15: 54

Mors præputi gloria corporis Christi

magni, quod Christus vinceret mortem præstantem: magni iure, vincere mortem vincentem. Victoria mortis stat in privatione vitæ, verum non adæquate, si in primum statum redit caro, quippe perit iurisdictionis possessio, igitur in terram non convertitur terra: & mors vitæ absorpta est illic in ipsa victoria; quoniam quem reliquit in tumulo mortuum, supavit eundem & alium. Eundem identitate carnis, & alium doribus corporis. Floruit ut phoenix.

Floruit ut Phoenix.

Velox alienum pergit in orbem, Portans gramineo clausum velamine furtivus.

Claud. *Innumera committantur aves, stipatque volantes*

Alitum suspensa cohors, exercitus ingens. Habuit ergo, Christo glorioso, humana caro hanc felicissimam sortem, quoniam corpus mortale induit immortalitatem.

Ofc. 13: 14

12 Postquam Dominus per Prophetam se mortis mortem designavit; ut propria festivitas vel nostra esset, inquit: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Idem, in redemptione copiosa, liberatam adeptam & optatam humana adipiscetur natura. Verum intende. Captivitas est à morte: si à morte liberabit, à quo liberatos redimet? Dumtaxat redimuntur qui patiuntur servitutem: quomodo igitur servi, obtinentes licet gratis libertatem? *Liberabo & redimam.* Si idem est à morte liberare, & redimere: quot sunt mortes, ut ex una clareat gratia libertatis, & ex alia redemptionis?

13 Non sunt plures mortes, sed mortis effectus plures. Per passionem Christus in homine redemit animam: per resurrectionem corporis portionem terræ. Hæc redimitur per gloriam, illa per gratiam: & egressum est gloriosum corpus è captivitate splendidum; quoniam eius captivitas erat, non esset gloriosum. Constat homo ex anima & corpore. Utrumque iugum tolerabat servitutis, à vinculis originariæ labis. Sanguine pretioso liberata est anima: restabat corpori gloria: & addit Christus redemptioni libertatem; ut etiam corpus obtineret redemptionem: igitur nequaquam iacet in tumuli pulvere, Christo glorioso, capite, redivivo phoenixe. Gloria & gratia procal erant à natura humana, primæva culpa. Utriusque frequens audiebatur gemitus. Quiescant voces & ploratus. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Gratiam animabus, gloriam corporibus. Animabus, expirante in ligno: corporibus, resurgente de sepulchro.

Et ornata gratia, & gloria. Plal. 83: 22

Denique. Proponuntur libertas à morte

& redemptio à mortē. Duplex mors erat in hominibus, priusquam Christus sepulchrum reliqueret vacuum. Mors erat peccati, & mors corporis iacentis in pulvere. Morti peccati adhibita medicina, per crucem: morti verò corporis per ipsius resurrectionem. Bino discrimini exposuit quisquis homo: & duplici morti exposuit duplex redemptio; quoniam postquam animas sanguine liberavit à crimine, corpus post mortem liberavit à morte.

Quomodo di corpus mortui liberatur à morte

14 Audi, qui dicat primitias spiritus habens, in miseria corporis agerrimè dignus. *Omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.* Cæterum cur ingemiscit? *Expectantes (subdit) redemptionem corporis nostri.* Pridem solliciti homines de redemptione animæ, modò de corporis redemptione. Corpus ne patitur servitutem? Utiq; Mors surripuit libertatem. Mors interficit corpus, & in servitutem redigit. Interficit, dum admittit halitum vitalem: captivat, dum transfugatur in pulverem; & Paulus avidè expectat corporis redemptionem; quippe quousque induatur solâ gloriæ, semper iacebit sub mortis captivitate.

Rom. 8: 23

Quid est corpus redimere

Observa modò. Par est, quod cadavera expectent resurrectionem, quippe iam corpora mortua. Paulus adhuc vivit in carne mortali. Redemptio nequit fieri sine morte: quo ergo pacto redemptionem corporis insignem, vocat Paulus ipsam corporis mortem? Nequit vivificari nisi mortuum: & mortem exoptat, ut victoria ex morte patet: siquidem corpus mortuum iacens in pulvere, vestitu gloriæ apparebit immortalè, natâ gloriæ libertatis, carne à servitute liberâ corruptionis.

Quo redimuntur

15 Modò nota, quod cum corpus mortuum expectet solam gloriæ, non dicitur corpus mortuum, sed mortale. *Cum mortale hoc induerit immortalitatem.* Grave occurrit argumentum. Morietur, vel potest mori, quicquid mortale: quod verò mortuum est, morte non est: qua ergo lege corpus erit mortuum & mortale, cum statutum sit hominibus semel mori? Quia etiam restat alia mors, ubi corpus mortuum est. Mors prima fit carne mortua: mors secunda, quia caro iacet sepulta. Prima, dum sequitur mortem: secunda, dum sequitur pulverem. Prima, dum iacet; secunda, dum non resurgit. Prima, quia caret anima; secunda, quia caret etiam cadaveris formâ. Prima tandem, quia corpus privatur vitæ: secunda, quia caret gloriâ, igitur iacet in pulvere: & quod mortuum, dicitur etiam mortale; quippe quousque induat immortalitatem.

1. Cor. 15: 54

Quo pacto in cortore duplex mors

aus, nausea lethali extentum exprimit per viscera virus; igitur mel iam non dulce, pro palati blandimie, cum dulcedo illecebrum in fellis pabulum sit colore convertum. Ita Ionathas exclamat: *Gustans gustavit paululum mellis, & ecce ego morior?* Uti- que, introitus voluptatum hunc habet exitum. Numquam homines respicerent, si in voluptate invenirent voluptatem: & mel in fel meditante convertitur, ut homo ab errore convertatur, atque demum cognoscat illecebrarum dulcedinem revera esse amarifimum dolorem.

18 Per huiusmodi speciem dulcedinis, furiosos infantum excoecientes homines, quibus vatre occidunt acroamata demones: id est, offerunt larva, quae inordinate volunt, & volita fingunt. Iactantiam voluntatem, ut magis inducatur in errorem. Mœret Custos de hominum iustitiatione voluntaria, & fatigae de voluntatis rationali poenitentia: at cura oculos munit in errorem poenitentiam, & caecitatis expulsiorem aperiant (ni crimina cognoscetes de caecitate dolent) Angeli convertunt mel in fel, ut igitur tabulo doloris mentis inclarescat lux: igitur haud affligunt, ut affligant illos: sed ut afflicti ad splendorem lucis aperiant oculos.

19 Quam sublimem sese cogitavit Nabuchus! super phoenicias, magis quam super sidera ab eo collocabatur fulgidè thronus. Ne vox exaggeratio sit, thronum excelsum elevavit super se. In arbore, cuius nimia erat altitudo, facta animi insolentis obumbratio: igitur proceritas arrogantiae usque in astra caeli, aspectus tyrannidis scandalum erat orbi. Folia eius quasi cultus maiestatis puicherrima, atque vanitatis insignia, vel pabula. Fructus eius nimius & nullus; quippe nullus, ubi nimius, maxime si ad umbram principum nulla est discretio perfonarum merentium & demerentium. Quenam ergo nimij fructus utilitas, si totus quantus expendebatur in bestias? Infelix sane Principis magnitudo, sub cuius umbra nec ullus apparet homo. Cuncta micabant superbia blandimina, quae lactabatur in maiestate philantia; sed error magis obcecavit regem, quo ius erat fugare a pectore errorem. In omnibus vidit imperij, voluptatis, atque vanitatis simulachrum, nec respuit vigilans, cum posset cogitare sicut somnium. Simulachrum felicitatis, & non felicitas; speculum vanitatis, sed vera vanitas. De spectro interrogavit. Philantiam innuit: siquidem haud inde laberetur, si se cognosceret. Tunc Angelus de caelo clamavit: Succidite arborem, praecidite ramos, excutite folia, dif-

1. Reg. 14. 43. Dulecio voluptatis est apotheca doloris.

Custas hominem dolorem aggravat, ut convertat.

Principis turpis umbra, sub qua non merita.

Cognitio sui quanti inter-est.

perite fructus, belliz fugeant, & volucres abeant. Corruit arboris pompa, licet radices permanerent sub terra. *Sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & sanum ut bos comedit, & rore caeli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & unguis eius quasi avium.* Ita. Apparuit in agro, quod sub hominis larva dominabatur in throno. Quam turpem hominem arrogantia eformat! Audite apud Tragicum Hecubam in Troia. Act. I. v. 1. *Quicumque regno sedit, & magna potens Dominatur aula nec leves metuit Deos, Animamque rebus credulum letis dedit; Me videat, & te Troia. Non unquam tulit Documenta fors maiora, quam fragili loco Starent superbi.*

20 Ab hominibus est eiectus, & a sede regali Nabuchus. Ab hominibus, quia non decet, hominum habere societatem, qui hominis non habet mentem: a sede regali, quoniam propudium regno, quod bestia moribus, specie hominis collocaretur in throno. Ita rex, ut canit de Sciano Iuvenalis *Satyr. 10. v. 103.*

Qui nimios optabat honores Et nimis posebat opes, numerosa parabat Excelsa turris tabulata, unde altior esset Casus, & impulsa praecipit immane ruina. Rex ita fastiditus, & a subditis: Rex sine maiestate regis, è folio in campum, è delicijs aulicis in praesepium, vel sub dio, comedens & iacens sceno, uti monstrum vagabundus in agris, bellua humana vel homo silvestris: Magna animi amaritudo: amplior, quia inerat huius status cognitio. Quisnam huiusce modi dolorem disponit? Qui intemè diligit. *Vigil de caelo.* Angelus? Nonne pius, clemens, & mitis, philanthropus, seu amator hominis? Nonne à malo custodit? Sane: cur igitur diligens in poenas graves immittit? Folia arboris (idei opulencia) deservebant vanitatis; fructus, qui ad iuvenem subditorum, phantastice ostentationi. Nulla his levitatis ponderibus cordi gravato, inerat cogitatio de Deo, sed alie federat mortalitatis, atque aternitatis oblivio: & denudatur ab Angelo solijs, & fructibus; ut rex studeat sanis cogitationibus: igitur in folio vivitur sine lege, ubi nulla cogitatio de corporis morte, & animae aternitate. Spinæ sunt, quae suffocant sementem patris familias, potissime dum leges appetitus mulcet maiestas; refecanturque meditantur fructus & folia; ut fructus ferat arbor ostentatione vacua: etenim nullum fructum profert salutis, onusta solijs rutilis vanitatis. Ut prosit animæ,

Daniel. 4. 30.

Superbia ruina.

Seneca.

Haud Princeps congruit regno, si non homo.

Iuvenal.

Verf. 10.

Dum au feruntur vite subfistia, auferuntur salutis incommoda.

Vanitas quam non cal.

mæ, & principatu virtutum fructus; exulent à consortio luxus & fastus.

21 Cuncta estò strictim meditando. Illa arboris rationalis proceritas, quae quidem contingebat caelum, ut immitteret in elationem (supplicium) erant gravamina opum, & fascino opulencia facultatum. His privatur rex, ut videat quid per se sit. Ipse sibi videbatur plusquam homo in throno caelo, & tunc vel illi claruit, quid eisset homo: igitur nihil sunt infusa maiestatis, ubi hominem fugit maiestas virtutis. Hæc lapis Lydia in hominis constitutione. An sint, vel non, dicant cineres nudi. Urinam respicerent Principes, dum non per se plauduntur, obeantes pro tempore dignitates! Plausus blandientium excitat amorem proprium: & quousque decidunt à cogitationibus suis, anxie tendant in molimina fraudis, cum possint agnoscere subditos haud dirigere adorationem in hominem, sed duntaxat in propriam utilitatem. Qui intuebantur arborem Nabuchi proceram; fugiunt, quippe arbor non habebat umbram: quantum doquimus tot comitantes in throno, solum, qui fuerat Princeps, atque ut solivagum praeteribant in agro. Hæc humanae gloriae lex. In Thabore post visionem, *neminem viderunt nisi solum Iesum.* Hic hominum pro utilitate plantus. Post coronæ despectus, fugit iterum in montem ipse solus. Ferè sequuntur regem; & quem regem fugiunt hominem.

Homo est quicquid eius virtus sit.

Adoratio hominū ferè utilitas ad ratione lia.

Matth. 27. 8.

Ioan. 6. 15.

Removet Angelus divitias, ne gravet.

Et occasiones peccati.

22 Opulencia Nabuchi obscuraverat mentem, & auri argenti que pondera gravaverat indolem, ut tantum cogitaret de terrenis, cum sederet in sede maiestatis: & ut iter aliud carperet, omnia gravamina vigil de caelo diligentissime furripit: quoniam parum ambulat caelestis itineris, qui temporarium caducarum rerum onustus sarcinis. *Per caeli volucres* in Scriptura intelligitur potentia militum, & apparatus armorum, quibus Nabuchus subiugavit terram in tyrannidem, quin milles veneraret insolentia locum sacrum & immunem: privatique Princeps ab Angelo apparatus militiæ, ne habeat ad manum occasionem nocendi: igitur facilis in appetitus voluntas, dum suppetit pro voluntate potestas. *Per bestias terreae* (ut saepe alibi dixi) designantur vitia. Fovebantur arboris umbræ: & denudatur penitus arbor, ubi florebat maiestatis decori: ne maiestatis potentia, quæ expellit ius erat, foverentur peccata.

23 Adhuc observa intuitum huiusmodi exterminij, ut constet de Angelorum dilectione. Vox de caelo sic: *Succidite arborem, & praecidite ramos eius: excutite folia eius, & dissipate fructus eius.* Quorsum tot idus? Dicitur saxo: *Fugiant bestia, quae subter eam sunt, & volucres de ramis eius.* Volucres cogitationes sunt, quæ per cuncta pro lubricine vagantur, ut spe lactata corda in mala praecipitentur. Bestiae sunt peccata opere consummata, quæ nec cognitione malignitatis expulsa; quippe carnis maiestatis vincuntur, dum vel practico dolore à vanitate foveantur. Monita excutuntur per aërem. Haud respiciunt mentes, nisi perintimam vexationem: & ab Angelis potentia destruitur, maiestas proteritur, corpus infirmitatibus tunditur, anima poenis vexatur; sed cum summa dilectione, vel dum inferuntur gravissimæ poenae: siquidem homines ut affligantur, non vexant; sed ut vexatione sapiant, & bestiae criminum fugiant.

24 Intende. *Regnum tuum tibi manebit, postquam cognoveris potestatem esse caelestem.* Cur igitur si è throno propulsiatur, quia superbia infavit: ut iterum infletur in maiestatem, qui deceit meritissime, restituit? Spe etiam decedit, ne denud mala mentis gaudia infatuat concipiat, & qui occasione habuerat arrogantiae maiestatem, habeat ad manum elatus in regimen elationis occasionem. Ad quid tot amaritudinibus idus, si restituitur in apicem principatus? Quia non cognoscebat per quem habeat regnum, eiecit extra thronum: haud possibilia arbitrabatur mutationis decreta, cum esset in sedis gloria; quasi humana dumtaxat paterentur mutabilitatem, & nequaquam mutationem. Dideit ex his quæ passus est obedientiam, ne se fastu rereur extra fortunam. E ruina tanta suscitata est in Principe intelligentia: & iterum Nabuchus donatur gloria: quippe haud mala denud cogitavit in throno, qui cognovit ex periculo. Videamus sine querimonia, quanti intersunt animarum nostrarum afflictiones. Deiecit Nabuchus ut firmiter sit in throno maiestatis. Non didicimur tribulationibus ut deprimamur, sed ut elevemur. *Regnum tuum tibi manebit, postquam cognoveris.* Errabat Princeps, quia non cognoscebat; & Vigil de caelo affligit, & ad se in ipsa afflictione trahit; igitur non affligit, ut affligat, sed ut errorem praecipit homo cognoscat. Patet. In regnum deiectum, & humilliatum restituit, postquam cognovit.

25 Adhuc clarius patet effectus tribulationis ex commodo utilitatis. *Igitur post finem dierum* (sic) ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum levavi, & sensus meus red.

V. 111

Premitt homines, ut fugiat iniquitates.

V. 254

Amaritudo dine poenae gustata, renatur cuius pa.

Quantum bonum ex tribulatione.

Finis in illata tribulatione qualis.

V. 372

redatus est mihi. Fatuus lenocinio aulicorum, blandimine deliciarum erat, & extra se.

Sil. Ital. *Quantum sola noces animis illapsa voluntas? Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris Circa te semper volitans infamia pennis.*

Pœna est beneficii. Ex hos fonte featurit cum cæteris vitij mens obfœtas, & etiam in sensibilibus turpis fatuitas. Non igitur pœna illata regi, fuit pœna, sed beneficium, dum per illam qui fatuus recepit sensus. Ita opressus cupiditibus iacebat humi, vel sedens in maiestate; ut à despicienda terra, non averteret oculos in qua hæcæbant stulti cogitatus. De Deo nec memoria: tota cogitatio de terra: & illum premit arcæ pondus diurnorum afflictionum, ut oculos tanto dolore elevaret ad cœlum. Haud recententur ictus amari in cordis acri dolore, dum urgent oculos ad cœlestia dirigere.

Verf. 2. 26 Nora contextum. Dum esset in solio dormiebat & quiete in lecto. Hæc est pax peccatorum, quos nunquam excitant vel spinæ conscientiarum. Postquam sedem amisit, oculos ad cœlum levavit. Modò vigilat, qui pridem sternebat? Quam apte Horatius lib. 1. Satyr. 3.

Horat. *Noctes vigilabat ad ipsum Mane diem totum sternebat. Nil fuit unquam Sic impar sibi.*

Angelus dormientem voluptatibus è somno excitavit vel veterno, dum immisla fuit afflictio: igitur oculos somno gravatos aperuit, & apertos princeps ad cœlum levavit. Dona temporalia arcent cœlestium cogitationem, sine qua homines æternam & internam amittunt felicitatem: amorque Custodis illos exiit bonis terrenis; ut qui dormiunt vigilent, & excitatione exultent: quandoquidem aperit oculos, ut cognoscant inania, quæ cogitabant ut bona, figantque in cœlis cogitatus, ubi erigunt tribulationibus oculos. Hinc perititã pompã pulcherrimæ atque spectatissimæ arboris, iubet vox Angeli in terra fini radices. Radix in terra vita est: & non conterit, ut conterat; quia non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.

27 Aptius ni fallor, promam. *Succidite arborem:* verum in terra servetur radicem germen. Perpende in destructione misericordiam, & amoris in homines vehementiam. In terra radicem germen. Nihil remansit, quod tendebat in ærem. Radix in terra est hominis anima, quia cuncta proveniunt ab huiusmodi radice, igitur homo significatur in arbore, ut dicitur ibid. v. 19. Radix est anima, truncus corpus, folia divi-

Ver. 19.

Excitat Angelus dormientes in vitijs homines.

tiæ, fructus spensæ, aves ostentatio maiestatis, bestie vanitas ostentationis, quibus vivit homo, & pro quibus perit homo. Angelus custodit, dum nocua subtrahit: & destructis omnibus periculis vanitatum, dumtaxat intendit in terra servari germen radicem; quippequam modò salvetur anima, parvi pendit quòd pereant cætera bona.

28 Hi sunt Custodes mirorum, qui vel pœnis consulant hominibus, licet alumni de afflictione querantur. Surrexit titulo devotionis anima sancta ut quæreret Sponsum, sed *invenerunt* (ipsam ait) *me custodes qui circumstant civitatem. Percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Percusserunt Sponsam Custodes, ne à diabolo circulatori percuteretur; & illo dolore liberaretur à profundiore vulnere. Illata est corpori vulnere pœna, ne à sagittantibus in obscuro fauciarum anima vaga, & tulerunt pallium, ne subriperet demon. Diligenter intendente. *Tulerunt* (ait) *pallium meum mihi.* Quomodò si illi, ab illa tulerunt pallium? Tulerunt, ut restituerent illi: igitur ni ab illa rapere, forsã raperetur à dæmone. Si per pallium intelliguntur bona temporalia (quapropter Gregor. Magn. Homil. 32. in Evang. inquit: *Quid enim sunt terrena omnia, nisi quadam corporis indumenta?*) tulerunt ab illa bona temporalia, ut illi vagæ restituerent cœlestia.

29 Sæpe huiusmodi felicitates, ad felicitatem sunt ferreæ compedes: & ab Angelis plerumque dormientis percutitur latus, ut peccatorum cadant *catena è manibus eius.* Petrus dormiebat, verum Custos vigilabat: excitavit Custos, & sospes apparuit vincit; quia Angeli excitatione aperuit statim oculos. Quid mirum, quòd vincit iaceat, si inter catenas dormiebat? Quid quòd ab Angelo percuteretur, si in libertatem percussione & actutum excitatur: iaceret homo, ni huiusmodi lumen fulgeret in corporis habitaculo: etenim ut canit Prosper Aquitanic. lib. de Provid. Dei v. 847. felicitas est hominis plorata calamitas.

Cui multus in ipso Exitio est collatus honor.

30 Resectatur fermo ad Raphaëlem, qui in physica cogitavit etiam indicare mysticam sanitatem. Apprehendit iunior Tobias, quam timuit belluam marinam, converso metu in victoriam, & servavit in medicamento, quam Raphaël designaverat piscis portionem: sed quorsum ista: dixit juvenis. Angelus verò: *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne*

Intendit maxime in animam salutem.

Cant. 5. 7.

Vulneras corpus anima ne vulnere retur.

Gregor. Mag.

Act. 12. 7.

Et percussit, ut excitet.

Prosper

Tob. 6. 8.

Cuncta mundi gaudia sumus.

Lachrymis expelluntur demones.

Non appetunt in bonis nisi di cordas, quo exultant, sed quo plorant.

Custodis charitas, vel dum ab illis applicatur acerbitas.

genus demoniorum. Obiter nota, quid cor hominis sit lactatum mandi dulcedine, & tollum cœlestium amore: etenim igne activo charitatis, cognoscit fallaciam splendoris, ubi quæ lucent bona, verè sunt mala, felicitia lamentabilia, risus error, ratio furor, prosperitas falsa, & anaridato vera: cor denique plenitudine vanum, siquidem abijt in fumum. Ergo Didascalia.

31 *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus demoniorum.* Quare si hæc omnia ut diximus ex virtute Angeli, tribuantur virtuti fumi? Si corde exuto facienda erat miraculosa in expulsiõne demonis operatio, quare non signatur in igne sed in fumo? Fumus pro vocat oculos in plantam, & mortificat in fluetum. Demones sunt vitia, quibus gravatur anima, dum exultat voluptatibus, amicitis insidiatoribus: & dum Angelus custos intendit dæmonum exterminium, medicinam signat dumtaxat fumam: igitur si oculi fumo copiosis abundant lachrymis; lachrymis tantum expelluntur demones. Viderint sane peccatores terræ, quid in vanitatibus dæmonis bracteis desiderant: siquidem si fumus omnia, & appetunt fumos; nil appetunt quo exultent, sed quo plorant.

32 Denique. *Fumus eius extricat omne genus demoniorum.* Non ignis? Non. Per ignem signatur cruciatus, sine igne non est fumus: & custos Angelus, dum sollicitat dæmonum expulsiõnem, animæ sanitatem, nullo modo signat ignem, causam fumi, seu principium tormenti; ut clareat eius erga hominem charitas, vel dum applicatur acerbitas: igitur etiam dum ignem tribulationis adhibet, non cruciat, ut homines crucientur, sed ut plorant. Ubi fumus est, haud libitò sedemus, imò fugimus: & Angelus ostendit pro medicamine fumum, maxime in occasione tentationum; siquidem satagit fastidio intolerabilis fumi, ut recedant peccatores ab occasione peccati, ne quod fumus modò oculorum, post transformetur in incendia

viscerum. Fumus, Utiqûe, nequamquam ut cæciant, sed ut oculos aperiant, & clarius videant: etenim non mortificat, ut fumo torqueantur, sed ut lachrymentur.

33 Resstant plura, quibus superfero deo, ne in fastidium lectoris protrahatur Didascalia. Hæc est Angelorum gratia, presentia, & custodia. *Quantum nobis debet hoc verbum inferre reverentiam, offerre devotionem, conferre fiduciam!* Ita exclamat Mellitius Doctor super Psalm. *Qui habitat in altitudine: Reverentiam pro presentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia.* Sunt Custodes hominum amantissimi, & altitum opere. Altiori sensui commoda sunt Senecæ verba *De Brevitate. V. ta cap. 15. Quæ illum felicitas, quàm pulchra seculus manet, qui se in horum clientelam contulit! Habebit cum quibus de minimis, maximeque rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, à quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat: Hi tibi dabunt ad æternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo ejicit subleventur. Hæc una ratio est extendenda mortalitatis, imò in immortalitatem vertenda. Hæc ille: tacet, dum placeat, quòd dixerit Seneca. Graphice Alcimus Avitus lib. 4. Genes. v. 190. *Est ille in cælis, numeros qui præterit omnes.**

Angelicus sine sine oborus, qui laude perenni Conclamat, celebratque Deum famulantia suetus Ferre ministeria, & iussis parere superni. Hi nunc, quod rectum mortalia corda precantur, Concipiunt dignis sacro quod pectore votis, Quicquid larga manus collectis spargit egenis. Excipiunt, sanctoque serunt super astra volatu. Quin etiam iustos, fragilis dum vita fatigat, Tutantur, mundique inter discrimina servant.

Quo tunc tunc applicatur.

Bernard.

Senec.

Solatus hominibus Custodibus Angelis.

Alcimus Avit.

